



1, 52

*Handwritten signature or name at the top of the page.*

UNIVERSITÄT ZÜRICH



BRUNNEN  
Dosseldorf  
UNIVERSITÄT ZÜRICH

BRUNNEN



BRUNNEN

BRUNNEN

**Analecta carminum**  
**Joannis de Curiis Dantisci.**

Quum prolusio, quae Gymnasii annalibus praemitti solet, nondum a praeceptore, ad quem scribendi ordo redierat, ita absolvi potuisset, ut jam nunc in lucem emitteretur, a consilio scriptionis scholasticae haud alienum esse putavimus, si ad eam lacunam explendam aliquid in medium proferremus, [quod et utile discipulis, et lectoribus liberaliter eruditis gratum esse posset. Arriserunt nobis poemata Joannis de Curiis Dantisci, Episcopi Varmiensis, quorum delectum typis excudendum curavimus, ut ad doctum hunc praesulem, laurea Apollinari decorum, adolescentium animos adverteremus, iisque aliquid bonae frugis inde capiendi copiam faceremus.\*\*) Carmen inprimis paraeneticum praeclara recte vivendi praecepta continet, eaque causa fuit, cur Stanislaus Hosius hunc libellum Joannis, cujus nomen cum doctrinae tum virtutis fama in toto prope terrarum orbe celebre fuisse testatur, primus typis divulgavit. Licet enim Joannes gravissimis negotiis implicitus magnisque curis distentus esset, Musarum muneribus nunquam destitutus est;

Carminis eloquium Dantiscus Episcopus auxit,

Testatus summos carmen amare viros.\*\*)

Quum in arte poetica ceteris satisfaceret, sibi nunquam satisfecit, partemque versuum volante se calamo scripsisse ipse fatetur. Vitam suam vir insignis enarravit in carmine, quod cum lectoribus communicabimus; id si quis annotationibus historicis illustrare velit, haud scio an operae pretium facturus sit.

---

\*) Singula Dantisci carmina saepius typis expressa sunt; collecta invenies in libro, qui inscriptus est: Joannis de Curiis Dantisci Episcopi olim Varmiensis poemata et hymni e Bibliotheca Zalusciana. Recensuit Joannes Gottlob Boehmius. Vratislaviae 1764. 8.

\*\*) Versus Petri Lotichii sunt.

## I.

## Vita Joannis Dantisci

ab ipso paulo ante obitum perscripta.

Jam tandem tibi, terra, vale mihi dicere  
mens est,

Pertaesus vitae tempora dura meae.  
Hactenus hic vixi per multa volumina rerum  
Versatus: requies nec fuit ulla mihi.

Anxietas, aerumna, dolor me saepe rotarunt,  
Et mihi saepe dies, nox et amara fuit.  
Ex niveis parvum, sed ab atris linquo  
lapillis

Non parvum cumulum, quem tibi si-  
gna dabunt.

Canities longe ante diem mea tempora texit,  
Quam nimius labor et sollicitudo dedit.  
Hanc non ambitio fecit, non ardor habendi,  
Credita sed fidei res aliena meae.

A puero nam sorte mea contentus habebam  
Tunc et in exili conditione satis.<sup>1)</sup>

At postquam me litterulis abstraxerat aula,

<sup>1)</sup> Natus est Dantisci A. MCCCCLXXXV. Gen-  
tis nomen von Hoefen (de Curiis) fuisse  
refertur; quamquam haud pauci nomen illud  
latinum inde repetiverunt, quod bonam aeta-  
tis partem in principum curiis consumsit.  
Avus ejus, quum ad inopiam redactus esset,  
Gedanum commigravit et ab opificio quo  
victum quaesivit nomen Linodesmonis  
(Schlächsbinder) invenit.

Servire et jussit Regibus illa (tribus:<sup>2)</sup>  
Multis me implicuit per mille negotia curis,  
In quibus est vitae pars bona fracta meae.  
Quae tum sim passus, per quae discrimina  
saepe

Jactatus, sat sum conscius ipse mihi.  
Quot terras, et quot peragravimus aequoris  
undas,

Et Solyma, Hesperia ac utraque testis erit.  
Pannonis ora duplex mihi visa; fuique  
Viennae,

Conventus regum quum gravis ille foret.<sup>3)</sup>  
Caesaris hujus avus victor quum bella su-  
perbis

Cum Venetis gereret, qui tria regna tenent:  
Nuncius in castris fueram ter missus ad illos,  
Et certa pacem conditione dedi.<sup>4)</sup>

Quae prope tunc Athesin, docti patriamque  
Catulli,

Sustinui, non est, cur memorare juvat.

<sup>2)</sup> Alexandro, Sigismundo I. et Sigismundo  
Augusto.

<sup>3)</sup> Conventus Sigismundi I. et Vladislai Hunga-  
riae Bohemiaeque regis cum Maximiliano I.  
A. MDXV.

<sup>4)</sup> A. MDXVII.

Transeo, quae gelidis sum passus in Alpi-  
bus, et quae

Septus ab armatis non semel agricolis.

Ad Belgas tandem vectus; permiserat hinc me  
Annis transactis Caesar abire tribus.

Quum fessus redii, mora parva dabatur;  
eundum

Rursus erat, quo Rex jussit abire meus.  
Primores iterum toties mittebar ad orbis:

Hic fuit officii mens fideique memor.

Cuncta nihil veritus promissa fideliter egi,  
In quibus incussit res mihi nulla metum.

Audivit triplici me cinctus Papa tiara,

Et prope Cardinei turba sacrata chori.

Hoc tum Felsinea, quo tempore Carolus orbis  
Imperium cepit Quintus, in urbe fui.<sup>5)</sup>

Testis erit facili currens mea carmine Silua,<sup>6)</sup>

<sup>5)</sup> Bononiae.

<sup>6)</sup> De nostrorum temporum calamitatibus silva.

Prodiit primo carmen hoc Bononiae Anno  
MDXXIX, cujus initium subjungimus:

Quum nova delectent, nova, lector, Sarmata vates  
Edidit in Latio carmina: nonne placent?

Si re non alia, placeant novitate, quod ante

In Latio vates Sarmata rarus erat.

Naso, Tomitanas quondam datus exsul ad oras,

Edidit Getice Sarmaticeque loqui.

Hesperice sic forte loqui, dum missus utramque

Hesperiam peragro, me didicisse puta.

Si quid inest igitur tersumve minusve politum:

Hac veniam justa cum ratione dabis.

Extorsit faciles numeros miserabile tempus,

Quo, tanto rerum turbine, cuncta fluunt.

Quam dolor extorsit temporis ille mali.

Ardua tractavi mandata, nec utile honesto

Unquam praeposui: res facit ipsa fidem.

Non redii dives, peregrini debitor aeris:

Impendique, fuit quod mihi cunque datum.

Sic per bis senos Orator Regius annos

Missus in Hispana ter regione fui.

Vidimus et Daniam, Gallos, Regemque  
Britannum,

Et tot Germanos Italiaeque duces.

Saepe mihi fuerat per aperta pericula  
eundum,

Et clam dispositas saepe per insidias:

Per montes, valles, per plana, per invia saxa,

Per rapidos fluvios, per vada, stagna,  
Iacus,

Non solum pacis, sed diri tempore belli,

Per cuneos equitum, per peditumque globos.

Seu pestis, sive aestus erat, seu frigora, venti:

Non intermisi pergere libere iter.

Quid memoro recolens incommoda multa  
viarum,

Per pluvias, aut per sole liquante nives?

Tot vel ab hospitibus per diversoria fraudes?

Plus avidis, quam sunt, quum fremuere,

lupi.

Si de Castalio non spirant fonte liquores,

Nec redolent Phoebum, Pieridumque choros:

Ne contemne tamen, sed rem perpende legendo:

Quum seasum teneas, nil ego verba moror.

Non sat erant unquam data magna viatica  
nostra;  
Aesque effluxit et hoc, quod mihi foenus  
erat.  
Nuncius abfuerat, puto, nemo diutius unquam,  
Scilicet a patria tam regione procul.  
Et quod non fuerim fortassis inutilis, ipsa  
(Invidia hic absit,) res bene gesta docet.  
Inscius, atque absens, post factus Episco-  
pus,<sup>7)</sup> aulam  
Deserui rediens, spesque quietis erat.  
Meque Deo totum dedidi, sacrisque dicavi,  
Commutans vitae, quod fuit ante, genus.  
Et statui justam nulli certaminis ansam  
Praebere, et pacis commoditate frui.  
Hoc studium mihi semper erat, prodesse;  
nocere  
Nulli; dissidii prorsus habere nihil.  
Quod nec fama neget, vestigia nostra sequuta,  
Nec, qui me noscunt, secius esse sciunt.  
Principibus magnisque viris, doctisque,  
probisque,  
Convixi, fugiens quos mala vita tenet.  
Hinc et amicitias nactus, socios et amicos,  
Qui me tot scriptis visere saepe solent.  
Inter quos procul est magnus Cortesius ille,

<sup>7)</sup> Culmensis A. MDXXXI. et, post mortem  
Mauritii, Varmiensis A. MDXXXVII. Obiit  
V. Cel. Novembr. A. MDXLVIII.

Qui mundi reperit regna tot ampla novi.  
Ultra Aequatorem, Capricorni sidus ad usque,  
Imperat, estque mei tam procul ille memor.  
Non me fastidire solent Regesque Ducesque,  
Doctorum pariter magna caterva virum.  
Praeterea quibus et nunquam sum visus,  
amorem  
Testantur, missis tam mihi saepe schedis.  
Huc veniens igitur mihi cuncta quieta putavi:  
Tot curis finem rebar et ipse meis.  
At secus evenit; meruerunt crimina nostra,  
Crimina, quae summo sunt manifesto Deo.  
Pro quibus hic, o terra, tuo castigor in orbe,  
Post cineres gravior ne mea poena foret.  
Ignis ter nocuit, segeti neque grando pepercit,  
Atra lucis pecori, nunc inimicus homo.  
Me tamen insontem recti mens conscia fulcit,  
Sustinet afflictum meque probata fides.  
Laus tibi sit, Deus o fortis, sit gloria et  
omnis  
Gratia: sum meritis tot mala jure pati.  
Hic nihil est tutum, firmum, vereque beatum:  
Vana caducaque sunt sidera, terra, fretum.  
Stemma, genus, sexus, status, artes, forma,  
voluptas,  
Deliciaeque nihil, quum venit hora, juvant.  
Quid prodest tibi thesaurus collectus, avare,  
Quem tibi cum lacrimis gens miseranda  
dedit?

Non juvat hic feritas, vis nulla, potentia  
nulla:

Ibis ad infernas, pauper ut Irus, aquas.  
Mors inopi levis est, sed avaris est gravis, uti  
Quod nequeant partis sub Phlegetonte  
bonis.

Intramus nudi, nudi discedimus; et quod  
Pulvis erat, parvo tempore pulvis erit.  
Nil sequitur, nisi quod bene vel male fe-  
ceris: inde

Quivis pro meritis praemia digna feret.  
Qui tutus vis hinc divesque migrare, paludis  
Horrida vel Stygiae monstra timere nihil:  
Fac bene, dum vivis; nulli sis causa doloris;  
Cuique suum reddas; non aliena petas.

Quodque tibi fieri vis, hoc fac omnibus; esto  
Clemens in miseros, supplicibusque fave.  
Invideas nulli; famam nullius obumbra;  
Non credas, loquitur quum mala lingua  
malum.

Quod summum est, praecepta Dei non ne-  
glige: in illis

Est aeterna salus, et sine fine quies.  
Haec qui non servat vestigia, tendit ad  
Orcum:

Quot sumus, heu, miseri, qui nihil haec  
facimus?

Felix, qui moritur sumta baptismatis unda,  
Inventus nondum criminis esse reus.

Nos annis quanto plus crescimus, impia  
crescunt

Delicta in nobis, et genus omne mali.  
Justitiam nulli facimus: quod quisquis amore,  
Aut odio valet, hoc jure licere putat.

Vis domina imperium nostri sibi vendicat  
oris:

Estque bonis vis haec hostis acerba viris.  
Hinc pro veraci mendax placet; hinc solet  
esse

Pro virtute scelus, pro ratione furor.  
Sic volo, sic jubeo, percurrit pauperis agros,  
Atque per afflicti divitis ora ruit.

Immeritis titulos vendit, sacra vendit ineptis,  
Judicii que nihil dexterioris habet.

Fit nemo quaestor, praetor, fit nemo senator,  
Ni numerat: probitas exsulat, alget, eget.

Nullus avaritiae finis: per fasque, nefasque,  
Si dederis, quo vis, flectitur illa datis.

Si quis adulatur, si quis delator iniquus  
Falsa refert, credit, dummodo dona ferat.

Non meritum curat, factumque, nec utile  
quaerit

Servitium, per quod commoda multa tulit.  
Praefertur scutum, sic, quod defenderat olim.

Armaque pacifico tempore scabra jacent.  
Justitiae nusquam locus est; injuria regnat;

Regnat et impietas, perfidiaeque furor.  
Dat poenas justus; raro damnatur iniquus;

Mors datur insonti, vita necem merito.  
Jus emitur; plus juris habet, qui plus de-  
dit; et lex

Flectitur, ut flecti cera liquata solet.  
Omnia vertuntur; pietas oppressa sub ipsa  
Per paucos homines impietate jacet.  
Vera loqui pudor est; placet adsentatio  
mendax;

Integritas vitium, dexteritas scelus est.  
Qui simulare nequit, multis imponere, fraudes  
Nectere, nunc talis nullius est pretii.  
Ille valet, turpi qui novit vivere quaestu,  
Omnibus et nummos accumulare modis,  
Prodere, furari, furto et conquirere amicos,  
Officia, et dominos propitios, et opes.  
Hi crescunt, magni fiunt, et honoribus apti  
Creduntur, fidei quum nihil intus habent.  
Committunt tamen his nunc oppida, castra,  
tribunal:  
Quae dum percipiunt, non sibi deesse solent.

His impune bonos rabida traducere lingua  
Concessum est, fama quum meliore carent.  
Quis feret haec virtutis amans, et cultor  
honesti?

Cui talis nostro tempore vita placet?  
Non moror hanc igitur, quum falsa calum-  
nia victrix,

Sit virtus vitium, sit sine lege pudor.  
Mens hominum perversa regit; vis cuncta  
gubernat:

Est ventura brevi vindicis ira Dei.  
Dissolvi cupio, tibi terraque putre cadaver  
Linquere: cum Christo spiritus esse cupit.  
Illius fiat, qua fiunt cuncta, voluntas!

In manibus sortes continet ille meas.  
Post mortem scribi precor hoc epigramma  
sepulcro,  
Quo me posteritas hieque fuisse sciat:  
Hoc tibi, terra, Vale dico non triste, vocatus  
Ad vitam, cujus tempora fine carent.

## II.

## J o a n n i s D a n t i s c i

## Epitaphium ab ipso scriptum paulo ante mortem.

Jam sexaginta coeunt et tres simul anni,  
Haec a Superis quod mihi vita datur:  
Quum climacterium contingere sentio tempus:  
Ultimus hic multis terminus esse solet.

Intra quod si forte Deus migrare jubebit,  
Qui fuerim, paucis ista notata dabunt.  
Aula diu tenuit me regia; misit ad orbis  
Primores, erat hinc infula dupla mihi.



Corpus habet tandem nunc terra; quiete  
fruat  
Spiritus aetherea, quae sine fine beat.

Hoc, quisquis transis, mihi quaeso precare,  
viator,  
Ut tibi posteritas inde precetur idem.

## III.

Ex carmine paraeneticò,  
quod ad ingenuum adolescentem Constantem Alliopagum\*) scripsit.

Grata fuit, nuper mihi quam tua Musa salutem  
Dixit: ut haec adsit, non minus opto, tibi.  
Et, quae scripsisti, mihi singula grata fuere:  
Attamen adfectus non nihil inde fui.  
Nempe videns enses veteranus miles et arma,  
Actae militiae cogitur esse memor.  
Annosus tumidas audit quum nauta procellas,  
In terris pelagi non meminisse nequit.  
Venator recolit senior, quid fecerit olim,  
Sicubi per silvas retia tensa videt.  
Sic ego, quum legi tua Phoebò carmina digna,  
Non potui Clarii non memor esse Dei.  
Quae jacuere fides neglectae, plectra reposita,  
Cum cithara, sese proripuerunt statim,  
Oblitque mihi moduli rediere, reclusos  
Intima quos habuit pectoris arca diu.  
Mox me Pimplaeis spaciari rebar in antris:  
Adstitit et praesto turba novena mihi.

\*) Constans Alliopagus est Eustachius a  
Knobelsdorf, Canonicus Varmiensis, qui  
carminibus pangendis insignis fuit.

Ex qua non potui vetulam cohibere Thalam,  
Quin numeros numeris redderet illa tuis.  
Contentu parili si non respondet, habebis  
Caussam, quod rauca voce senecta canit.  
Dulcior est cantus juvenis, cui spirat Apollo,  
Et gratum lepido cui dat ab ore melos.  
Suscipit hos Helicon, qui libertate fruuntur,  
Et nullo versant subdita colla jugo.  
Subveniunt animis Musae sine nube serenae:  
Sunt hilaris laetum carmina mentis opus.  
At nostrum quatiunt non parva negotia pectus,  
Quod modo sollicitum plurima cura premit.  
Adde, quod a multo jam tempore prata reliqui,  
Quae de Castalio florida rore madent.  
Usus abest strictim scribendi: libera cogi  
Dictio sub numeros absque labore nequit.  
Vix haec est magno studio contracta renitens,  
Quam male composito cernis inire gradu.  
Nimirum quod desuevi constringere verba,  
Per se quae motu liberiore fluunt.  
Quum mihi fulgebant prima lanugine malae,

Ad Musas segnis non mihi cursus erat.  
Impositis potui multos concludere versus  
Compedibus: quod nunc tarda senecta  
negat.

Quae dederat quondam prior, aufert grandior  
aetas:

Non eadem semper, quae placuere, placent.  
Me tamen en! eduxisti per iter, mihi dudum  
Notum, sed modo quod nescio, quale fuit.  
Ne labar, vereor, vel oberrem, quo sit eundem  
Nescius, oblitus per loca vasta viae.  
Alta senex nequeo superare cacumina montis,  
Ungula quae tetigit Bellerophontis equi.

\* \* \*

Tu, qui jam primo vernas in flore inventae,  
Praecox ingenium cui Dea Glauca dedit,  
Tempore perpendas nihil hic pretiosius esse,

Quod semel elapsum non revocare potes.  
Hoc dedit ergo Deus, possis ut salvus in illo,

Et consors fieri sedis in arce poli:

Hoc et, ut adsidue sanctis te moribus ornes,

Utque pie vivas, dum tibi vita comes:

Denique quod studiis possis incumbere rectis,

Quae non a vera religione trahant.

Inprimis curae tibi sit, super omnia summum  
Viribus ex totis cordis amare Deum.

Quero, cave, ne laedas unquam; si lae-  
ris, imo

Ex animo veniam, sit mora nulla, petas:

Et doleas, quod peccasti; desiste, statimque  
Cum lacrimis lapsum confiteare tuum.

Non temere peccans, sed qui compunctus  
ob ipsum

Delictum linquit crimina, salvus erit.  
Peccatum vitans Christo confide, juvabit:

Haerens peccato fidere nemo potest.  
Non credas fidei, quae non nisi nomine constat

Et quae non fructus ex pietate facit,  
Qua modo decipitur vulgi pars magna furentis,

Credere duntaxat quae satis esse putat.  
Semper in ore fides et Christi verba feruntur;

Absque sed effectu vana profata manent.

\* \* \*

Ex nobis hoc, quod prosit, praestare ne-  
quimus:

Velle bonum, donat gratia sola Dei.

Quare non hominis currentis, sive volentis:

Illius est solidum sed miserantis opus.

In nobis operans hoc ipsum jussa sacrata

Perficit, et mundum vincit, et omne malum.

Estque necesse, sed ut rogetes, quod gratia  
detur,

Sic vivens illa dignus ut esse queas.

Quam si sectantur sua congrua gesta, nec  
illam

Sumseris in vanum: fidere jure potes.

Exercens se quippe fides, non mortua, salvat:

Hanc tu viventem, per pia facta, proba.

Da nudo vestem; peregrinum collige; pressum  
 Pasce fame; pellas a sitiente sitim.  
 Captivos redimas; aegros invisere perge,  
 Et defunctorum corpora conde solo.  
 Imparti miseris operam; succurre dolenter  
 Afflictis; omnes non simulanter ama.  
 His simul offensas, tibi qui nocuere, remittas;  
 Si tibi dimitti multa scelestas velis.  
 Quod fieri tibi vis, aliis fac; causa doloris  
 Sis nulli; linguae sint tibi frena tuae.  
 Si quem laesisti, placam, veniamque roganti  
 Communi tractus frater amore dabit.  
 Non facias, in eo quod displicet est tibi si quid:  
 Ut cum fratre solet frater, amanter agas.  
 Ex uno genitore quidem processimus omnes:  
 Ex uno nati compositique luto.  
 Nos et idem pretium Stygiis dissolvit ab undis:  
 Hac rex et servus sunt ratione pares.  
 Debemus faciles hinc condonare vicissim:  
 Quin hostes etiam jussit amare Deus.  
 Hoc age, ne cui sis inimicus, dilige, cunctis  
 Et benefac; nullum despice, quisquis erit.  
 Sunt delatores hominum pars pessima; sed tu,  
 Obloquitur si quis, credere turpe puta.  
 Nullius famae, vel honori detrahe; nulli  
 Invideas, cunctis fausta precare libens.  
 Res te nulla cito vehementem vertat in iram,  
 Nec cito de verbo commoveare levi.  
 Cum nullo tibi sit lis aut contentio, cede,

Induci certans si ratione nequit.  
 Ne tibi sit, cave, cum sociis consortio  
 pravis;  
 Quae tangit, retinet candida lana picem.  
 Sive premant adversa, feras, nec corruet;  
 nec te  
 Sublimes, si te forte secunda levant.  
 Rebus in humanis medium servare labora,  
 Et certum vitae disce tenere modum.  
 Te luxus, rapiens Cypriaeve libido petulcae,  
 A recto non in devia lustra trahant.  
 Utere consilio prudentum; ne tibi fidas;  
 Decipimur, nobis quum nisi nostra placent.  
 Omnibus ex aequo faveas, prodesseque gesti;  
 Nemo tuam frustra poscat egenus opem.  
 Haec fiat tibi summa: Deum reverere timeque,  
 Et super omne, quod est, semper amare  
 stude.  
 Sic facies, nec vana tibi fiducia crescot,  
 Non alia salvat conditione fides.  
 Hinc nobis aderit patris indulgentia summi,  
 Salvari certe qua sine nemo potest.  
 In Christum credens tota vi pectoris, is sic  
 Aeternam vitam, qui bene fecit habet.  
 Hanc ut vivendo recte contingere possis,  
 Impendes operam nocte dieque tuam.  
 Tende per angustam portam; descensus  
 averni  
 Est facilis, quorsum perdita turba ruit.

Cum qua ne te praecipites, iter arripo  
strictum

Ad Superos; nec erit, si cupis ire, grave.  
Namque jugum domini portanti sponte suave,  
Et si sponte feras, est onus omne leve.

\* \* \*

Te totum dedas domino sine fine perenni,  
Illius et fido pectore jussa tene.

Atque nega tibi te prorsus; divina voluntas,  
Non tua te, quae non est nisi prava, regat.  
Tolle crucem propriam, mundo sis mortuus,  
hocque

In dubio vitae turbine vive Deo.

Sobrius aetatem serva sine labe pudicam,  
Coeci ne pueri te male tela petant.

Non peccant oculi, ratio si temperat illos;  
Nec cor consentit, quod ratione viget.

Si tamen ipse juventutis vehemens calor urit,  
Implora summi cum prece Patris opem.

Ad sacros fugias, postponens otia, vivos  
Scripturae fontes: languidus ignis erit.

Ipsaque decertes, fortis virtute superna;  
Conatus frustra, si Deus absit, erunt.

Sunt contra carnem, mundum, tenebrasque  
regentem,

Continue nobis bella, nec ulla quies:

In quibus est victo carcer sine fine paratus;  
Victori coeli janua summa patet.

Ad quam contendens, pugna: superabis, et  
hostes

Firmo certanti pectore terga dabunt.

Haec age sed non cunctanter, monitisque  
paternis

Pare, quae tibi post commoda multa ferent.  
Hac recta pergas; scopus hic te ducet ad astra,

Non defraudabit, quam tibi monstrò, via.

In qua te chartis potes exercere sacratis;

Ingenium crescet cultius unde tuum;

Artibus atque bonis te tradere, discere multa,

Essem quum juvenis, quae latuere prius.

Sunt praeceptores, est copia larga librorum,

Et loca sunt votis, ut reor, apta tuis.

Incumbas igitur cura, fidoque labore,

Et studium Sophiae non tibi vile puta.

Cumque tuis etiam tibi sint commercia Musis,

Obscoenos fugiens, ut mala monstra, jocos.

Casta placent Superis, castum decet esse  
poetam;

Candida sit vitae pagina cuncta tuae.

Et quum nativae tibi sint, me iudice, dotes,

Quae facilem reddent, ad tua plectra,

chelyn;

Quumque nec egressus sis, consulo, bis duo  
lustra,

Ut per adhuc quaedam tempora prata colas;

Prata sub Aonio florentia fonte, subire

Ex quibus in colles ductor Apollo dabit.

Non procul inde situs mons est excelsus;  
in illo

Pythagorae bivium littera fecit iter.

Quo quum concedes, adscendens linque  
sinistrum

Ad latus attritam, quae patet ampla, viam.  
Multorum siquidem, multo jam tempore,  
pressa

Est pedibus, facilis, plana, retusa, placens.  
Hic spirant violae, fragrans et amaracus,  
inter

Lilia purpureis candida mixta rosis.  
Ne te pelliceant jucunda vireta, suaves

Aut volucrum cantus, inde reflecte gradum.

\* \* \*

Proponas oculis igitur, quae foeda voluptas  
Praemia mancipiis hoc dat in orbe suis.

Ad dextrum tendas, virtus ubi pulchra mo-  
ratur;

Ardua sit, liceat, tu modo perge, via.  
Nitere conscendens, adeo labor iste molestus  
Non erit: illius culmen adire potes.

Hic posuere Dei sudorem: tu quoque suda;  
Pertinges, et cum tempore compos eris.

Contendas fieri formosi cultor honesti,  
Utile quo nullum carius esse sinas.

Abstineas; patiare libens; quod oportet, et  
omni,

Quod potes, incumbas posse carere nota.  
Ne noceas ulli; cunctis prodesse studeto;  
Sis comis, facilis, non tamen inde levis.  
Nec tumeas, generis quod sit tibi nobilis  
ortus;

Sed te demisse, cum probitate, geras.  
Virtus nobilitat, genus ex virtute probatur  
Nobile, qua sine nil stemma decoris habet.  
Hanc si consequeris, te clarum reddet, ho-  
norem

Donabit, carum te facietque tuis,  
Externis etiam gratum praebebit: habenti  
Virtutem merito crescit abique favor.  
Hoc te complector, quamvis te, quod scio,  
nunquam

Ex facie novi, nec tibi vanus erit.  
Tum quod sis nostras, tum quod ditione  
sub ista,

Quam rego, prognatus sis quasi verna mihi.  
Quin etiam quod te cognoscens indolis esse  
Ingenuae, cuperem rebus adesse tuis.

Tu tamen interea, si sit penuria, suffer;  
Psittacus esuriens dicere discit, Ave.

Luxuriant animi, pleno qui ventre rigantur,  
Et studiis proni turpibus esse solent.

Tu studiis possis ut honestis saepe vacare,  
Frenet temperies hoc juvenile decus.

Non cibus aut potus nimius te reddat  
ineptum,

Litterulis frugi pectus ut esse queat.  
 Commoda namque bonis tua nunc est arti-  
 bus aetas,  
 Quae breve post tempus non erit apta  
 magis.  
 Experior, quam decrescat, venientibus annis,  
 Vis rerum memorans, ingenique vigor.  
 Utere, dum sanguis calet, et dum taedia  
 desunt,  
 Tempore, quo nihil hic carius orbis habet.  
 Omne cito cursu, sine sensu, labitur aevum,  
 Et nunquam, paulo quod fuit ante, redit.  
 Exerce vires animi; poliuntur ab usu,  
 Indiga quo quaevis ars nihil artis habet.  
 Plurima constanti discendo quaere labore,  
 Ut nomen praestet re, quod ab ore sonat.  
 Nec te detineant torpentis sacra Vacunae:  
 Perpes ac in sacris Palladis esse stude.  
 Otia quid possint, noscunt, quos caeca  
 libido  
 Perdidit: haec fugiens, commoda multa  
 feres.  
 Si careas sociis, qui nil nisi ludicra spectant,  
 Salvus es: illorum blanda venena necant.  
 Te doctis conjunge viris, virtute probatis,  
 Moribus ex quorum sit tibi vita bonis.  
 Hic vatium tot fabellas, exemplaue verae  
 Historiae possem multa referre quidem:  
 Talia sed prudens tibi saepe legenda relinquo,

Nempe quod hic scribo laudis amore nihil:  
 Sed magis ut prosim; non, titillare poetas  
 Quod solet, ut dici doctior inde velim.  
 Haec et ob id properat congesta paraenesis  
 ad te,  
 Ut sit vivendi regula certa tibi.  
 Ad quam si te compones, te, criminis omnis  
 Osorem, faciet semper honesta sequi,  
 Teque Deo tradet totum, pondusque docebit  
 Te propriae leviter ferre salubre crucis.  
 Tu modo conatus, ad cuncta ferenda, viriles  
 Intendas; superat, qui tolerare potest.  
 Cogitur ad metam currens, quod Horatius  
 inquit,  
 Frigoris ac aestus plurima ferre puer:  
 Fastidire merum, Cythereae linquere sordes,  
 Et placida raro commoditate frui.  
 Profuit ut multis interdum tristis egestas;  
 Sic etiam multis copia damna dedit.  
 Tu medium teneas; mediocriter ut tibi cuncta  
 Sufficiant, victus sit mihi cura tui,  
 Dummodo Pierides, Sophiaeque volumina  
 sacrae,  
 Omnis cum studii sedulitate, colas.  
 Proficies, de te neque fallat opinio, nostris  
 Si morem monitis, ut puto, sponte geres.  
 Crescet in his propensa Dei tibi gratia  
 summi,  
 In qua persistens indigus esse nequis.

Illi coelestes insunt et opes et honores,  
 Post miseram vitam qui sine fine beant.  
 Nec vivos, et se dignos haec deserit unquam,  
 Quos fructu satiat fertilioris humi.  
 Defuit his nunquam pastus, vel vestis amictus,  
 In mitem qui spem deposuere Deum.  
 Huic tu confidas; fidentem nutrit alitque;  
 Sic tamen, ut facias omne, quod ille jubet.  
 Quod potes, hoc praesta: semper juvat ille  
 volentes,  
 Saepeque propitius sat voluisse putat.  
 Cor hominis, non rem foris adspicit; omnia  
 novit,  
 Estque probae multum simplicitatis amans.  
 Nil tibi vel tribuas, placeasve, nec altius istis  
 In rebus sapias, quas modo mundus agit.  
 Sat tibi sit sed viva fides, quae jussa  
 sacrata  
 Perficiat fervens in pietatis opus.  
 Hanc tibi quo possis operando reddere firmam,  
 Advigila: frustra non erit ille labor.  
 Ille verecundos mores, vitamque modestam,  
 Et tibi virtutum conferet omne decus,  
 Et sensus acuet, dabit et rationis acumen,  
 Quae tu multa legens, plurima scire  
 potes,  
 Inque virum, parens monitis, succrescere  
 doctum;  
 Unde mihi valeas utilis esse brevi.

Tunc prodesse tibi, patriaeque, tuisque,  
 quod optas,  
 Cum magno poteris laudis honore tuae.  
 Quod mihi commendas caros in calce pa-  
 rentes  
 Carminis, hoc justa cum pietate facis.  
 Quos si quis vero colit et veneratur amore,  
 Ille diu vivens prospera cuncta feret.  
 His nihil hic potis est de te jucundius esse;  
 Quam quod virtutis coeperis ire via:  
 Quodque bonis studiis reddaris promptior,  
 omnis  
 Expers haereseos, daemonis arte satae;  
 Et rectae fidei teneas quod firmus amussim,  
 Aethereis possis junctus ut esse choris.  
 Et quum saepe tibi tot fausta precentur et  
 optent,  
 Responde votis dexteritate piis.  
 Prosequar hos etiam, siquidem meruere,  
 favore;  
 Te quoque propter eos; res tibi testis erit:  
 Dummodo contineas, serpens contagio ne te  
 Inquinet infrenis, quod solet illa, luis;  
 Conquiras claras, ne te contamine, artes,  
 Quem. colis infecta sub regione, locus.  
 Utere de sacrae scripturae fontibus ortis  
 Antidotis, quae non oblita felle madent.  
 Sicut apes, quum vere favos reparant sibi,  
 flores

Non tangunt hos, qui toxica ferro solent;  
 Nec de mortifera letales smilace succos,  
 Ex dulci capiunt sed sua mella thymo.  
 Elige sicque bonos auctores, unde legendo  
 Religionis amans doctior esse queas,  
 Ex spinisque, tuos pungentibus undique  
 sensus,  
 Fragrantes cauta collige mente rosas.  
 In mediis quum sis, quae sunt bona, carpe,  
 venenis:

Ne tamen inficiant pectoris ima, cave.  
 Interdum proferre solet medicamina virus,  
 Si certum teneat, Paeonis arte, modum.  
 Rebus in his prudenter agas, illaesus ut inde  
 Hinc redeas: hospes sic mihi gratus eris.  
 Plura loqui tecum cupiens anus haec mea  
 voce  
 Elinguis tremula, fessaque tota, fugit.  
 Hanc traxit tua Musa recens a Phocidis antro,  
 Quod repetit, posthac vix reditura. Vale!

## IV.

In laudem M. Pauli Crosn. Rutheni praeceptoris sui  
 ad Jo. Lubrantium Episc. Posn.

Inter ut astriferi radiantia sidera coeli  
 Candida noctivagis Cynthia fulget equis:  
 Sic inter virtus homines, dignissime Praesul,  
 Inclita dat clarum semper in orbe jubar.  
 Illa, tuo residens in divo pectore, longe  
 Emittit rutilas, per sua gesta, faces.  
 Haec primos nostrae tibi religionis honores  
 Praestitit, et generis stemmata parta tui.  
 Vernat, et ad Superos florenti vertice surgit  
 Pinus in Arctois hac duce celsa jugis.  
 Nunc igitur Regis, Regni, Procerumque  
 favores,  
 Totius et plausus nobilitatis habes.  
 Diceris a cunctis patriae tutela, salusque;

Consilio praebes commoda multa tuo.  
 Cana fides, probitas animi, mens recta,  
 profundum  
 Ingenium, solidus dexteritatis amor;  
 Rebus et in magnis industria multa gerendis,  
 Dulceque facundi pectoris eloquium  
 Te cunctis carum faciunt, cunctisque co-  
 lendum,  
 Praesertim doctis Pieriisque viris.  
 Te penes est Cricius, docuit quem Delius  
 ipse  
 Dulcia dulcisonis nectere verba modis,  
 Qui nunc Parrhasiae decor est specimen-  
 que juventae;



Sedulo qui laudes, et tua gesta canit.  
Tentabamque etiam crebro tibi dicere carmen;  
Nabat in exiguis sed mea cymba vadis.  
At nunc iste meus pro me praeceptor agat  
rem,

Ingenii qui fert haec sua dona tibi,  
Palladiae longo fuerat qui tempore turbae  
Ductor ad Aonias, numina saneta, Deas,  
Hippocreneo qui tinxit labra fluento,

Grineoque facit carmina digna Deo.  
Huic faveas clemens, Maecenas alter, et alter  
Pollio, Pieria non reticende chely.

Inde per ora virum tua candida fama volabit:  
Sic vernans tollet pinus in astra caput.

Hinc tua sic virtus a Gadibus usque sub Eurum  
Nota erit, et clarum nomen in orbe tuum.

Quem referent sacri, Divorum cura, poetae,  
Vivet, dum tellus astraque celsa manent.

## V.

## E p i g r a m m a t a .

Innumeris toties rugis me, livide, spectas,  
Et me per vitrum terque quaterque legis.  
Nil metuo stolidos de rhinocerote susurros:  
Te laedis, dum me laedere posse putas.

Si servire velis, tria sunt, quae mente tenebis:  
Non divinabis, fuge murmur, esto fidelis.

Post tres saepe dies piscis vilescit, et  
hospes,

Ni sale conditus, aut si specialis amicus.

Hospitii rector semper sit laetus, ut Hector;

Ut Job, sit patiens; utque Sybilla, sciens.

# Schulnachrichten.

1840 — 1841.

## I. Lehrverfassung.

In Prima, Sekunda und Tertia, wo der Kursus zweijährig ist, bestanden zwei Abtheilungen, welche nur in einigen Gegenständen gemeinschaftlich unterrichtet wurden. Diese Abtheilungen sind in nachfolgender Uebersicht mit A und B bezeichnet.

### Prima.

Deutsch. Rhetorik; die dramatische Dichtkunst; Literaturgeschichte der neuen Zeit; Aufsätze. Mit dem praktischen Theile des deutschen Unterrichtes wurde die philosophische Propaedeutik in Verbindung gesetzt, deren Hauptgegenstand die Logik war. 3. \*) Der Direktor. — Latein. Horaz Oden und Satiren B. I. mit Auswahl. 2. Der Direktor. A. Cic. de finib. I. II. de offic. III. Stil- und Sprechübungen. 6. Hr. Prof. Biester. B. Sallust bell. Cat. Cic. in Cat. 3. Hr. Prof. Biester. Stil- u. Sprechübungen. 3. Hr. Oberlehrer Lingnau. — Griechisch. Soph. Oedip. R. 2. Der Direktor. A. Hom. Il. VI — X. Plato Apol. Socrat. Phaedo; Grammatik und Uebersetzen aus dem Latein ins Griechische nach Blume's Anleitung. 4. Hr. Oberlehrer Braun. B. Il. I. Plato Eutyphro und Crito; Uebungen aus Blume's Anleitung. 4. Hr. Prof. Biester. — Hebräisch. Grammatik nach Gesenius; Exod. c. I — XII. 2. Hr. Prof. Biester. — Französisch. Montesquieu considérations etc. Extemporalien. 2. Hr. Prof. Biester. — Religion. a. Für die katholischen Schüler. Erklärung des

\*) Die Ziffer bedeutet die wöchentliche Stundenzahl.

Evangeliums nach Marcus in der Grundsprache; Kirchengeschichte. Hr. Religionslehrer Augusthat. b. Für die evangelischen Schüler. Exegese, Matth. V — X. Neueste Kirchengeschichte; Erklärung der Augsburgischen Konfession. 2. Hr. Pfarrer Bock. — Mathematik. Trigonometrie; Kombinationslehre; der binomische Lehrsatz. A. (Selecta) Unbestimmte Analytik, Gleichungen des 3. 4. und höherer Grade. B. Stereometrie. 4. Hr. Oberlehrer Dr. Lilienthal. — Geschichte der neuen Zeit. 3. Der Direktor. — Physik. A. Statik, Mechanik, Hydrostatik. B. Optik; Wiederholungen. 2. Hr. Dr. Lilienthal. — Singen. 1. Hr. Seminar-Lehrer Wilhelm.

### S e k u n d a.

Deutsch. A. Verskunst nach Gotthold's Hephaestion; Aufsätze. 3. Hr. Oberlehrer Dr. Bumke. B. Die Formen der Prosa; Figuren und Synonymen; Aufsätze. 3. Hr. Oberlehrer Dr. Krüge. — Latein. Virgil Aen. II. III. IV. 2. Hr. Dr. Bumke. A. Liv. XXI. XXII. Grammatik, Zumpt §. 583 — 654, eingeübt nach August's Anleitung; Kraft (röm. Geschichte) und freigewählte Exercitien. 6. Hr. Dr. Bumke. B. Cic. 4 Reden; Zumpt §. 362 — 552; August, Kraft (griech. G.) 6. Hr. O. L. Lingnau. — Griechisch. Hom. Odys. I — III. 2. Hr. Prof. Biester. Xenoph. Cyrop. Grammatik, Uebungen nach Halm's Anleitung. 4. Hr. Dr. Bumke. — Hebräisch. Formenlehre; Genes. XLII — XLIV. 2. Hr. R. L. Augusthat. — Französisch. Télémaque B. IX — XI. Grammatik nach Hirzel. 2. Hr. O. L. Lingnau. — Religion. a Für die katholischen Schüler. Sittenlehre. 2. Hr. R. L. Augusthat. b. Für die evangelischen Schüler. Glaubenslehre nach dem apostolischen Glaubensbekenntnisse; Symbolik; das Evangelium Johannis deutsch gelesen. 2. Hr. Pfarrer Bock. — Mathematik. A. Imaginäre Grössen; Kettenbrüche; Trigonometrie; Anfang der Stereometrie. B. Logarithmen; Progressionen; Aehnlichkeit und Messung ebener Figuren. Jede Abtheilung 2. und 1. gemeinschaftliche Uebungstunde. Hr. Dr. Krüge. — Geschichte u. Geographie. Der Orient; die Griechen. 2. Der Direktor. — Physik. Lehre von der Luft; Akustik; Friktions-Elektrizität. 1. Hr. Dr. Lilienthal. — Singen. 1.

### T e r t i a.

Deutsch. Grammatik nach Götzinger; schriftliche und mündliche Uebungen. Jede

Abth. 2. u. 1. gemeinschaftliche St. Hr. O. L. Braun. — Latein. A. Ovid Metam. nach Nadermann's Ausgabe B. I. XI — XV. Julius Caesar, bell. gall. V — VIII. Grammatik und Einübung nach August's Anleitung und durch freie Exercitien. 8. Hr. O. L. Braun. B. Ovid. B. I. und VIII. 2. Hr. Hilfslehrer Brandenburg. Corn. Nepos 2 Biographien. Jul. Caes. b. g. I. II. Grammatik (Syntaxis temporum et modorum). Uebungen aus Dronke's Beispielsammlung. 6. Hr. O. Lingnau. — Griechisch. A. Xenoph. Anab. 4. B. Grammatik und Einübung nach Halm. 5. Hr. O. L. Braun. B. Jacobs Elementarbuch. I. Kurs. c. VIII — II. K. c. XXXVI. Grammatik und einige Uebungen aus Halm. 4. Hr. Dr. Lilienthal. — Französisch. Hecker's Lesebuch II. 1 — 85. Grammatik bis zur Syntax. 2. Hr. Dr. Lilienthal. — Religion. a. Für die katholischen Schüler. Glaubenslehre; Wiederholung einzelner Abschnitte der biblischen Geschichte. 2. Hr. R. L. Augusthat. b. Für die evangelischen Schüler. Glaubenslehre nach Weiss Religionsbuch; Bibellesen ausgewählter Stellen des A. und N. T. 2. Hr. Pf. Bock. — Mathematik. A. Gleichungen des 2. Grades; Wurzelgrößen; Wiederholung der Lehre vom Kreise. B. Gleichungen des 1. Grades; Planimetrie von der Parallelen-Theorie bis zur Lehre vom Kreise. A. und B. Vollständige Proportionslehre mit ihren Anwendungen. 5. Hr. Dr. Lilienthal. — Geschichte und Geographie von Deutschland. 3. Hr. Dr. Bumke. — Naturbeschreibung. Bauchtbiere; Botanik. 2. Hr. Oberlehrer Dr. Saage. — Singen. 1.

#### Quarta.

Deutsch. Die Satzlehre; Uebungen im Lesen, in der Orthographie und in kleinen Aufsätzen. 4. Hr. Brandenburg. — Latein. Corn. Nep. 7 Biographien. Grammatik, Syntax. casuum, mit den entsprechenden Beispielen aus Dronke. 7. Hr. Brandenburg. Eine Uebungsstunde hielt der Direktor. — Griechisch. Formenlehre bis zu den Verbis auf  $\mu$ ; Jacobs Elementarbuch. 4. Hr. Brandenburg. Religion. a. Für die katholischen Schüler. Zusammenhängende Katechesen über die Sittenlehre und die h. Sacramente; biblische Geschichte. 2. Hr. R. L. Augusthat. b. Für die evang. Schüler. Mit Tertia. Mathematik. Decimalbrüche; entgegengesetzte Größen; Buchstabenrechnung; Potenzen; Planimetrie bis zur Lehre vom Kreise. 4. Hr. Dr. Krüge.

— Geschichte. Erzählungen aus der alten und vaterländischen Geschichte. 1. Hr. Brandenburg. Natur- und Erdkunde. Die aussereuropäischen Erdtheile. Säugthiere; Insekten. 3. Hr. Dr. Saage. — Schreiben. 2. Hr. Zeichenlehrer Höpfner. — Singen. 1.

#### Q u i n t a.

Deutsch. Der zusammengesetzte Satz; Uebungen in der Orthographie, im Lesen und in kleinen schriftlichen Arbeiten. 3. Hr. Dr. Krüge. — Latein. Etymologischer Theil der Grammatik nach Zumpt's Auszug; 22 Vorübungen aus August; Jacobs und Döring Elementarbuch. 7. Hr. O. L. Lingnau. — Religion. a. Für die kath. Schüler. Biblische Geschichte, zusammenhängende Katechesen über die Glaubenslehre; das Kirchenjahr. 2. Hr. R. L. Augusthat. b. Für die evang. Schüler. Biblische Geschichten des A. u. N. T. 2. Hr. Pf. Bock. — Rechnen. Proportionslehre; die Rechnungen des bürgerlichen Lebens. 4. Hr. Dr. Krüge. — Geschichte. Erzählungen der alten Zeit. 1. Der Direktor. — Natur- und Erdkunde. Wiederholung der allgemeinen Erdbeschreibung; Portugal, Spanien und Italien. Vögel; Insekten. 3. Hr. Dr. Saage. — Schreiben. 4. Zeichnen. 2. Hr. Z. L. Höpfner. — Singen. 1.

#### S e x t a.

Deutsch. Der einfache Satz; Entwicklung der Wortarten; Uebungen in der Orthographie und im Lesen. — Latein. Formenlehre; Jacobs und Döring Elementarbuch I. II. Anfänge des Uebersetzens aus dem Deutschen ins Lateinische nach August's Vorübungen. 12. Hr. Dr. Saage. — Religion. a. Für die katholischen Schüler. Biblische Geschichte; Katechesen über einzelne Glaubenslehren, über das Gebet und über die wichtigsten Sittenlehren nach den 10 Geboten; Auswendiglernen der betreffenden Bibelstellen. 2. Hr. R. L. Augusthat. b. Für die evangelischen Schüler. Mit Quinta. — Rechnen mit benannten Zahlen; Bruchrechnung; Anfang der Proportionsrechnung. 4. Hr. Dr. Lilienthal. — Natur- und Erdkunde. Allgemeine Beschreibung der Erde und Belehrung über einzelne Gegenstände auf derselben. 2. Hr. Dr. Saage. — Schreiben. 4. Zeichnen. 2. Hr. Zeichenlehrer Höpfner. — Singen. 1.

Ein Theil der Schüler von I., II. und III. erhielt Unterricht in der polnischen Sprache, welchen Hr. Brandenburg gab.

Klassen-Ordinarien waren in diesem Schuljahre: In I. A. Hr. Prof. Biester. I. B. Hr. O. L. Lingnau. II. Hr. Dr. Bumke. III. A. Hr. O. L. Braun. III. B. Hr. Dr. Lilienthal. IV. Hr. Brandenburg. V. Hr. O. L. Lingnau. VI. Hr. Dr. Saage.

## II. Höhere Verordnungen.

### Reskripte des Königlichen Hochverordneten Provinzial-Schul-Kollegiums.

1. Vom 15. October 1840. Mittheilung eines Auszuges aus dem Erlasse des Königl. Hohen Ministeriums vom 12. September, betreffend die Ausführung des von Dr. Rudhardt aufgestellten Planes einer Vervollständigung der grammatikalischen Methode, die klassischen Sprachen zu lehren.

2. Vom 10. December 1840. Die von Blume herausgegebene lateinische Vorschule soll geprüft und über den Ausfall der Prüfung berichtet werden.

3. Vom 29. Januar 1841. Mittheilung eines Erlasses des Königl. Hohen Ministeriums vom 9. Januar, die in Vorschlag gebrachte Gleichstellung der beiden Semester auf den diesseitigen Universitäten betreffend. Es wird eine gutachtliche Aeusserung verlangt, ob von Seiten des Gymnasiums der Ausführung des gemachten Vorschlages wesentliche Bedenken entgegenstehen.

4. Vom 14. April 1841. Die dritte Konferenz der Gymnasial-Direktoren der Provinz Preussen soll am 8., 9. u. 10. Juli in Königsberg gehalten werden. Dieses ist geschehen. Die Gegenstände der Berathung waren: 1. Die der Idee des Gymnasiums entsprechende Organisation desselben. 2. Der Religionsunterricht in den Gymnasien. 3. Ueber die Verbindung der sogenannten Real- oder höheren Bürgerschulen mit Gymnasien.

5. Vom 18. Mai 1841. Es sind 218 Exemplare der Programme einzusenden.

6. Vom 26. Juli 1841. Ueber die auf die Titel von Schulschriften zu setzenden Angaben.

7. Vom 28. Juli 1841. „Nach der bisherigen Erfahrung lassen sich auch die besseren Schüler in den Gymnasien selten überzeugen, dass es zum Bestehen der Prüfung der zur Universität Abgehenden nur eines regelmässigen Fleisses bedarf, und beharren bei der irrigen Meinung, dass den Anforderungen der Prüfung derjenige am sichersten genüge, welcher das letzte Jahr in Prima zur Wiederholung anwendet, und das früher Erlernte dem Gedächtniss einprägt. So bringen die Schüler die Zeit, wo sie ihre Schulbildung vollenden sollten, entweder in übermässigen Anstrengungen, oder ausschliesslich mit Beschäftigungen hin, die jene Bildung nicht befördern können.“ Um dem störenden Einflusse dieser verkehrten Ansicht zu begegnen, hat das Königl. Hohe Ministerium angeordnet, dass bei der Maturitäts-Prüfung sämmtliche in Prima von den Abiturienten angefertigten schriftlichen Arbeiten und die Censuren, die sie bei der Versetzung aus Sekunda und als Primaner erhalten haben, dem Königl. Kommissarius vorgelegt werden sollen. Denjenigen Abiturienten, welche nach dem durch Censuren und Klassen-Leistungen belegten Zeugnisse ihrer Lehrer mit den nöthigen Vorkenntnissen in Prima eingetreten sind, und während ihres Aufenthaltes in derselben in allen Lehrgegenständen einen regelmässigen Fleiss bethätigt haben, kann, wenn ihre schriftlichen Prüfungs-Arbeiten genügend ausgefallen sind, die mündliche Prüfung in den Fächern erlassen werden, in welchen sie während ihres Aufenthalts in Prima stets vollständig befriedigt haben.

Der Hochwürdige General-Administrator des Bisthums Ermland, Herr Domherr Dr. Frenzel hat unter dem 2. Mai 1841 dem Direktor die erfreuliche Mittheilung gemacht, dass des Königs Majestät mittelst Allerhöchster Kabinets-Ordre vom 12. März die Stiftung eines Konvikts für hilfsbedürftige Schüler des hiesigen Gymnasiums, welche sich dem Studium der katholischen Theologie widmen wollen, zu genehmigen geruht haben. Bei der Theilnahme, welche die zu errichtende Anstalt schon jetzt findet, lässt sich hoffen, dass dieselbe nach kurzer Zeit in's Leben treten werde.

### III. S c h u l c h r o n i k.

---

1. Das laufende Schuljahr wurde am 22. September 1840 mit einem feierlichen Gottesdienste eröffnet, nachdem die Tage vorher die neu angemeldeten Schüler geprüft worden waren.

2. Am 15. October, dem hohen Geburtsfeste Sr. Majestät des Königs, fand nach vorhergegangenem Gottesdienste eine Schulfeierlichkeit statt, bei welcher Hr. Oberlehrer Braun die Festrede hielt.

3. Der Religionslehrer Herr Eduard Bornowski, welcher seit Ostern 1838 unserer Anstalt angehörte, verliess dieselbe im October v. J., indem ihm die Rücksicht auf seine Gesundheit das Ausscheiden aus dem Lehramte wünschenswerth machte. Das Gymnasium hatte wohlbegründete Ursache, seinen Abgang zu bedauern, und begleitete ihn mit den aufrichtigsten Wünschen. In seine Stelle trat Herr Leo Augusthat, welchen die Anstalt als einen ihr sehr werthen ehemaligen Schüler mit hoffnungsreicher Theilnahme begrüßte. Er wurde am 11. März 1841 in sein Amt eingeführt, bei welcher Gelegenheit der Direktor eine Rede „über die Abhängigkeit der Schulbildung von der Religion“ hielt.

Der Oberlehrer Herr Dr. Lilienthal trat Ende Juli eine Badereise an.

4. Der am 3. Januar durch Mörderhand erfolgte Tod des Hochwürdigsten Bischofs von Ermland, Herrn Dr. Andreas Stanislaus v. Hatten, versetzte auch das Gymnasium in tiefgefühlte Trauer. Es hat dasselbe in dem Verewigten einen grossen Wohlthäter und fördernden Gönner verloren, welchem es stets ein dankbares und treues Andenken bewahren wird. Wie er im Leben mit mildthätigem Sinne Studierende unterstützte, so wird der Segen des Wohlthuns fort dauern in den milden Stiftungen, welche er für dieselben gemacht hat. Seinem feierlichen Leichenbegängnisse in Frauenburg wohnte am 11. Januar das Lehrer-Kollegium und der grösste Theil der Schüler bei.

---



## IV. Statistische Uebersicht.

Am Ende des Schuljahrs 1839 — 1840 betrug die Zahl der Schüler 263. Abgegangen sind 62; neu aufgenommen wurden 60; so dass das Gymnasium gegenwärtig 261 Schüler zählt, und zwar in I. A. 21, in I. B. 18, in II. A. 22, in II. B. 19, in III. A. 32, in III. B. 40, in IV. 32, in V. 42, in VI. 35.

Am 19. und 20. April fand unter dem Vorsitze des Königl. Geheimen Regierungsraths, Ritters Herrn Dr. Jachmann eine Maturitäts-Prüfung statt. Von 10 Primanern, welche sich gemeldet hatten, trat einer zurück; folgende 9 erhielten das Zeugniß der Reife:

N a m e n .	Geburtsort.	Aufenthalt in I.	Gewähltes Fakultäts-Studium.	Ort, wo sie studiren wollen.
<b>Eduard Brasche</b>	Mohrungen	2½ J.	Medizin	Königsberg.
<b>Johann Carolus</b>	Tolkemitt	2½	Theologie	Braunsberg.
<b>Martin Grod</b>	Lauterhagen, Kreis Heilsberg	2½	Theologie	Braunsberg.
<b>Julius Grzywacz</b>	Losendorf, Kreis Marienburg	2½	Jura	Königsberg.
<b>Rudolf Optacy</b>	Braunsberg	2½	Theologie	Königsberg.
<b>Hermann Rauscher</b>	Brandenburg	2½	Medizin	Königsberg.
<b>Karl Röhrich</b>	Mehlsack	2½	Theologie	Braunsberg.
<b>Johann Schwark</b>	Bischofstein	2½	Theologie	Braunsberg.
<b>Valentin Tolxdorf</b>	Leunau, Kreis Allenstein	2½	Theologie	Braunsberg.

Den 21. April wurden 4 Extranei geprüft, von welchen einer zurücktrat; 3 wurden für reif erklärt: **Albrecht Graf v. Finckenstein** aus Marienwerder, **Johann**

**Kollberg** aus Liebenau, Kr. Braunsberg und **Franz Werner** aus Braunsberg. Ersterer will Kameral-Wissenschaften in Bonn, letztere werden Theologie in Braunsberg studiren.

Am 2., 3., 4. und 5. August war die Prüfung von 19 Primanern des Gymnasiums, von welchen folgende 16 das Zeugniß der Reife erhielten:

N a m e n.	Geburtsort.	Aufent- halt in I.	Gewähltes Fakultäts- Studium.	Ort, wo sie studiren wollen.
<b>Franz Austen</b>	Springborn K. Rössel	2 J.	Theologie	Braunsberg.
<b>Joseph Borowski</b>	Mehlsack	3	Theologie	Braunsberg.
<b>Ignaz v. Czarnowski</b>	Rukoczin	3	Theologie	Pelplin.
<b>Franz Englick</b>	Heilsberg	2	Theologie	Braunsberg.
<b>Julius Glaser</b>	Lölken, Kr. Eylau	2	Jura	Königsberg.
<b>Franz Greil</b>	Braunsberg	2	Theologie	Braunsberg.
<b>Wilhelm Krupka</b>	Pillau	2	Kameral-W.	Königsberg.
<b>Eduard Marx</b>	Saalfeld	2	Kameral-W.	Königsberg.
<b>Alexander Paczynski</b>	Königsberg	2	Theologie	Königsberg.
<b>Ferdinand Preuschoff</b>	Tolkemitt	2	Theologie	Braunsberg.
<b>Johann Preuschoff</b>	Braunsberg	2	Theologie	Braunsberg.
<b>Adolf Rockel</b>	Wormditt	2	Theologie	Braunsberg.
<b>Gustav Schmidt</b>	Gradtken, Kreis Heilsberg	2	Theologie	Braunsberg.
<b>Eduard Wessel</b>	Wormditt	2	Philologie	Königsberg.
<b>Johann Witkowski</b>	Stuhm	2	Theologie	Braunsberg.
<b>Karl Wölky</b>	Guttstadt	2	Theologie	Braunsberg.

Am 6. August wurden 2 Extranei geprüft und für reif erklärt: **Joseph Titz** aus Konegen Kr. Heilsberg und **Wilhelm v. Wittich** aus Königsberg. Jener wird Theologie in Braunsberg, dieser Kameral-Wissenschaften in Königsberg studiren.

Die Bibliothek verdankt der Huld des Königl. Hohen Ministeriums wieder mehrere Werke, welche uns zum wahrsten Danke verpflichten. Diesen Dank sprechen wir auch wiederholt gegen Alle aus, welche unserer Anstalt eine erfreuliche Theilnahme schenken, und arme Schüler wohlwollend unterstützen.

## V. Ordnung der diesjährigen Prüfung.

Freitag, den 13. August. Vormittags 8 — 12.

**Sexta.** 1. Latein und Deutsch. Hr. Dr. Saage.  
2. Natur- und Erdkunde. Derselbe.

**Quinta.** 3. Latein. Hr. O. L. Lingnau.  
4. Rechnen. Hr. Dr. Krüge.

**Quarta.** 5. Latein und Griechisch. Hr. H. L. Brandenburg.  
6. Natur- und Erdkunde. Hr. Dr. Saage.

**Tertia.** 7. Latein. B. Hr. O. L. Lingnau.  
8. Latein. A. Hr. O. L. Braun.  
9. Geschichte und Geographie. Hr. Dr. Bumke.

Nachmittags 2 — 4.

**Sekunda.** 10. Griechisch. Hr. Dr. Bumke.  
11. Latein. (Cic.) Hr. O. L. Lingnau.  
12. Mathematik. Hr. Dr. Krüge.

**Prima.** 13. Griechisch. (Plato). Hr. Prof. Biester.  
14. Latein. (Horaz). Der Direktor.  
15. Deutsch. Derselbe.

# Schlussfeierlichkeit.

Sonnabend, den 14. August. Vormittags 9 Uhr.

1. Choral.
2. Entlassung der Abiturienten durch den Direktor.
3. Chor von Händel.
4. Abschiedsrede, gesprochen von dem Abiturienten Krupka.
5. Chor von Schnabel.
6. Bekanntmachung der Translokation der Schüler.

Das neue Schuljahr beginnt mit dem 22. September. Zur Prüfung neu aufzunehmender Schüler ist der 20. und 21. September bestimmt.

## GERLACH

1. Latein und Griechisch. Hr. Dr. Gerlach.
2. Natur- und Feldkunde. Hr. Dr. Gerlach.
3. Latein. Hr. Dr. Gerlach.
4. Griechisch. Hr. Dr. Gerlach.
5. Geschichte und Geographie. Hr. Dr. Gerlach.
6. Latein. Hr. Dr. Gerlach.
7. Griechisch. Hr. Dr. Gerlach.
8. Latein. Hr. Dr. Gerlach.
9. Griechisch. Hr. Dr. Gerlach.
10. Latein. Hr. Dr. Gerlach.
11. Griechisch. Hr. Dr. Gerlach.
12. Latein. Hr. Dr. Gerlach.
13. Griechisch. Hr. Dr. Gerlach.
14. Latein. Hr. Dr. Gerlach.
15. Griechisch. Hr. Dr. Gerlach.